2860

Andreas de Leszno Vicecancellarij Regni subscrias et sigillo minoris Cancellariae Re-
gni fulcitas in nullo suspectas easdem ad Executionem deducen. Juramentum fidelitatis
Super hoc idem officium ab eodem Gregorio Leszewski iuxta rotham in Statuto Regni
descriptam ipsi de verbo ad verbum officiose pronunciatam solenni in forma, et observata solenni-
tate Juramentorum praestita suscepit ac de more et consuetudine ipsi praemissa admonitio-
ne respectu fidelitatis obtundit et ad obeundum officium hoc idem Mtis legitimum autenticum
personam aptam et idoneam fecit ac toti Nobilitati ad Terminos Curiellanum ac Censorum
officij Capitan. Castren. Branscen. congregatae ac cui praeesset Mti Regni Gnali Pro-
uido Balthazaro Piotrowski publicare mandauit. Qui quidem Mtis praefatus Prouidus
Balthazar Piotrowski uis sua depositionis referens coram eodem officio praesens stans
publice recognouit, ipsum Gregorium Leszewski esse verum et legitimum Mtem Regni Gnalem
a sacra Regia Maiestate priuilegiatum eumque iuratum et tonsum, ut omnes illum pro
legitimo Mti habeant in praesentia multorum hominum Nobilium pro tunc congregatorum publi-
ce esse proclamasse et notitiae debitae deduxisse. De quo eiusmodi Relationem fidelem
ad Acta praesentia fecit.

Reuerendi Plebani Dolistouiensis Decretum

In causa et Actione Judicialiter vertente Inter Instigatorem officij nostri et ipsius Delatorem Re-
uerendum in Christo Patrem Thomam Moniuszko Parochum Dolistouiensem Actorem Et
Famatos Proconsulem Nicolaum Cupra totumque magistratum ac communitatem oppidi Go-
niadzensis citatos ideo Quia ipsi priuata sua authoritate cum ui ac violentia subditum Acto-
ris proprium ad Ecclesiam Dolistouiensem pertinen. in certis negotijs ad oppidum Gonia-
dzense Laboriosum Joannem Sidorkowicz missum feria Secunda post Dominicam Mise-
ricordiae proxime praeteritam ui ac violenter receperunt ac in turrim nullo iure ductum et iu-
risdictioni ipsorum minime subiectum oppidi Goniadzensis intruserunt et incarceraue-
runt et ad huncusque tenendo fame et siti foetore et squallore oppresserunt et ad
cautionem fideiussoriam Mtis et Nobilium mittere adigebant. Ideo citatur ad uiden.
et decernen. super ipsis eliberationem praefati subditi, ut ipsi eundem subditum coram
officio Castrensi Branscensi statuerent: si uero statuere et excarcerare ac mit.

tere voluerint super ipsis et bonis ipsorum poenam Infamiae decerni, porro pro capti-
vatione et oppressione salva actio cum ipsis in foro fori reservatur, prout praemissa
adhuc et alia ips(i) in Termino futuro latius Obloquuntur. Hodierno in Termino ex
citatione ad p(rae)s(e)ns l(ite)r(a)le provenienti Officium p(rae)s(ens) Castrense Capitan(eale) Bransense controversijs
partium utrarumq(ue) Actores per se personaliter citati vero per suprascriptum Nico-
laum Cyprya Proconsulem a se et toto magistratu ac communitate Judir factis exau-
ditis et intellectis citatos praefatos rigore aresti super subditum controversum in car-
ceribus imposit(i) et citonis extraditi prout Relatio Ministerialis facta Obloquitur Termin(um)
coram Officio suo habere censuit et partibus causam prosequi mandavit. In prose-
cutione vero causa foro coram suo officio admisso procedere decrevit nec Appella-
tionem ab eiusmodi Decreto per citatos ad Tribunal Regni interpositam admisit de
qua non admissa tum et prosequi ex parte citt(atorum) est protestatum. Judicium vero
reprotestatur. Tandem Officium hoc idem Castrense Capitan(eale) Bransense ex ulterio-
ribus partium controversijs inhaerendo affectationi partis Actoreae quoniam pars citata
non negat ipsum subditum incarceratum esse ad faciendam eliberationem et excar-
cerationem ipsius in locum incarcerationis oppidi Goniadz captato certo tempore con-
descensurum se obtulit. Et post factam eliberationem sive non ad facien(dam) Rela-
tionem suam et id quod iuris erit decernendum in sequentibus Querellarum
Terminis parti utriq(ue) Terminum paratum et peremptorium praefixit et consenavit.

Niewiarowski et Pekostawski — Banniti

Super citationem literalem Castren(sem) Capitan(ealem) Bransensem tenoris eiusmodi Franciscus
Joannes in Kłoczewo Lesnowolski Bransensis et Capitaneus Nobilis Gnosis Stepha-
no Niewiarowski in Kowosiołki et aliorum eo spectantium haeredi nec non Albrachto
Pekostawski bonorum eorundem obligatorio possessori de eisdem ac alijs omnibus bonis
Suis rigore Regio et n(ost)ra Capitanali authoritate mandamus ut coram Officio nostro Ca-
strensi in Curia Regia Bransensi in Terminis Querellarum ac causarum Officij Ca-
pitan(ealis) Castren(sis) Bransensis feria secunda post datam p(rae)ntis citationis prox(ima) celle